

# Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 05 : De Glauco

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 05 : De Glauco](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 06 : De Glauque](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 05 : De Glauque](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VIII, 05 : De Glauco, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/921>

Copier

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 241r°-242v°

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Glaucos](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

ritima agri Megarensium à Celso & Tauropoli Cleonis filiabus & Lelegia neptibus. Hæc sunt ea, quæ de Ino & Palamone memoriæ prodita fuerunt ab antiquis, è quibus veritas est exprimenda. Quod Ino fuerit Cadmi, & Harmoniæ filia & Athamantis vxor non dissentit ab historia, & quod à patre fuerit filia sexo illius, & quod Ino timore vel furore concita in mare se cum filio præcipitauit. Quod vero ipsa & puer Melicerta fuerint in Deos conuersi, nihil hoc habet cum veritate commune. at quid per hæc significare voluerunt antiqui? Dicitur fuit superius tantam fuisse nonnullorum antiquorum principum ambitionem, vt aras, & sacerdotes, & ceremonias nonnullis suorum maiorum tanquam Diis immortalibus instituerint. Sic Isthmia Sisyphus, quæ prius in honorem Neptuni celebrabantur, in honorem sui propinqui conuertit, quare dictus est Neptunus his aquarum impetum impertisse, atque inde Dii marini crediti sunt. Nam apud Romanos etiam pro grecorum consuetudine funebres ludi instituti sunt, qui & ipsi suos principes inter Deos fuisse relatos denum fabulabantur. Nam sicut omnium propè principum nostræ ætatis paucis exceptis animum auaritia, vitiorum omnium sordidissimum, ita ambitio antiquorum mentes occupauerat. Leucothes, quæ Matura dicta est à Latinis, Aurora est; Palæmon siue Portunus vis est tempestatis, nam *παλῆμον* agitare significat, vnde Palæmon vocatus est. Maturæ filius dictus fuit, quia venti plerunque ab aurora spirare incipiunt; & quia tunc in mare incumbunt, dicuntur se in mare præcipitasse. Hi crediti sunt Dii nauigantium, quia venti nauigantibus verè præliant, qui si benigni aspirant, felix iter contingit nauibus, & idcirco ait Virg. lib. 2. Georgic.

Voraq; seruati soluent in littore nautæ.

Glauco Panopæ, & Inoo Melicertæ.

Quare per hanc fabulam significarunt illos se ventorum leuitati credere, qui per mare nauigarent, quare non est de diuina clementia conquerendum si quid aduersi acciderit, sed de nostra leuitate & imprudentia. Ad placandas etiam perturbationis animorum hæc fabula accommodata est, & adhortandum ad beneficentiam & liberalitatem: quippe cum ita exagitata à Iunone Ino, quia Liberum patrem liberaliter educaisset, in tantam felicitatis postea euaserit. Nam etsi viri boni aliquandiu pro benefactis opprimuntur, & patiuntur domesticas calamitates, tamen nemo vir bonus diu potest esse infelix. nam quæ tanta potest esse calamitas, quod tantum infortunium, quod diuina clementia in maiorem felicitatem non possit conuertere? confidendum igitur esse diuinæ bonitati sic antiqui tradiderunt, cum nemo iustus à Deo contemptus reliquatur, cumque tanta sit diuina clementia, vt spera etiam superet mortalium iam adiuuandis, qui iniquè misérias patiuntur. Nunc de Glauco dicamus.

De Glauco.

Cap. V.

**G**laucus, qui & ipse marinus Deus ex homine factus est, non minus absurdum figmentum, luxque *ἀνέρος* causam consecutus fuit. Hunc Anthedonis hominis cuiusdam Ætoli filium fuisse scriptum reliquit Strabo libro nono: cum tamen illum Polybi Mercurii filii & Iubeæ filium fuisse scribat Theophrastus lib. 5. eorum, quæ in sicco degunt, & Promachidas

Ppp

das

## Mythologia

das Heracleotas patria Anthedonium, cum Anthedon eximia ciuitas fuerit Boeotiae. alii dicunt Nopeum fuisse Glauci patrem, quem dicentem de se ipso introduxit Thelytus Mechymnus in Bacchicis carminibus, in hanc sententiam;

Vrbs est Anthedon spumoso proxima ponto,

Euboicis obiecta ferè, Euripique fluentis,

Est genus inde meum: Nopeus pater ipse vocatur.

Hic dicitur Ariadnam ex insula Dia rapuisse, qui postea à Barcho fuit viteo vinculo ligatus, sed deinde dimissus. Hic quoniam narrator esset peritus, Pontius fuit appellatus. Epicus vero Euanthes Neptuni & Nedis filium illū fuisse scripsit in quodam hymno. fabulantur hunc Symam Ielemis & Dotidis filiam raptam in Asiam deportasse, deinde amasse Hydnam Scylli Scio-nei vrinatoris filiam. alii dicunt hunc piscatorem fuisse Anthedonium, vt est apud Ouid. lib. 10. Metam.

Ante tamen mortalis eram, sed scilicet altis

Deditis æquoribus, tantum exercebar in illis;

Nam modo ducebam ducentia retia pisces,

Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.

- 20 Quidam inquit hunc artificem fuisse Argonauis, eamque gubernasse quo tempore Iason pugnauit cum Tyrrhenis, qui solus euasit non vulneratus vt scripsit Popsis libro tertio Amazonidis. Hunc alii habitasse in Delo scribunt, & cum Deabus Nereidibus vacinari solitum, Apollinemque artem vacinandi à Glauco doctum fuisse, vt ait Nicander lib. 1. Georgicorum. fabulantur hunc aliquando magnam copiam piscium cepisse, qui piscatorem fuisse tradiderunt; quos cum in urbem portaret, onusque ob nimium pondus fessus in via deposuisset, quidam ex iis piscibus herba quadam gustata reuixit, eam rem admiratus Glaucos & ipse herbam illam gustauit, quare statim immortalis est factus. ac Ouid. lib. 13. dum pisces numeraret in litore mari proximo, vnde pisces ceperat, illud contigisse scribit, piscesque ipsos non gustata, sed tacta solum herba in mare refugisse memorat, his verbis;

ego primus in illo

Cespite confedi dum lina madentia sicco.

Vrque recenserem captiuos ordine pisces

Insper exposui, quos aut in retia casus,

Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.

Res similis fuit, sed quid mihi fingere prodest?

Gramine contacto cepit mea præda moueri:

Et motare latus, terraque vt in æquore niti.

Dumque moror, mirorque simul fugit omnis in undas

Torba suas, dominumque nouum, litusque relinquunt.

- 40 Id cum vidisset Glaucus, etiam ipse illa herba gustata Deus factus in mare insiliit vt tellatur paulopost idem poeta. alii tamen eo tempore, quo Iason cum Tyrrhenis pugnauit, Ionis consilio illum in profundum mare demersum inquit, ac Deum marinum factum soli Iasoni apparuisse. alii malunt Glaucum in Oria monte altissimo Aetoliz leporem insecutum fuisse, quem captum cum ad fontem detulisset quia propter laborem diuturnum desecerat, ille refectus proxima herba quadam gustata conualuit; qua herba gustata ipse etiam Deus marinus factus est. alii tadio vix illum sese in mare

præcipi-

precipitasse inquiné: fabulantur hunc interpretem fuisse Nerei, ut fensit Euripides in Orestes; *fabulantur* hunc interpretem fuisse Nerei, ut fensit Euripides in Orestes; *fabulantur* hunc interpretem fuisse Nerei, ut fensit Euripides in Orestes;

*est e fluctibus.*

Voces freceum fulcantibus dixit mihi  
Glaucus propheta Nerei, verum Deus  
Sic autem Apollon lib. primo vatem Nerei illum appellavit his carminibus,

τῶν δὲ γυναικῶν βραχυχίτων ἀνιφάνει,  
 αὐτοὶ δὲ αὖτις καλυφθέντες· ἑστῆσαν γάρ  
 ἐν τῷ λαχρίῳ· καὶ αὐτὸς ἐν τῷ  
 αὐτῷ ἔειπεν· ὁμοῦ ἐν τῷ λαχρίῳ  
 ἔσονται οἱ ἄνθρωποι· καὶ τὰ ἄλλα·

Visus adest illis tunc alce ex aequore Glaucus,  
 Divini vates Nerei, qui plurima novit.  
 Hirsutum caput, & pectus summa exulsi vnda :

Tum forti dextra ex imo capis ille carinam  
Labentis navis, atque huc properantibus infis

Strabo vero lib. 9. pag. in Deum marinum, sed in balneum conuersum fuisse

scribit. Hic etiam cum Ariadna congressus fuisse scribitur à Thelyto Me-  
thymnao in Bacchis carminibus, & cum Eurypia Nirei, & cum Hydna Scyl-  
li, cumq; Sygia Iolemis, nullus tamen filius ex eo genitus commemoratur.

at Clearchus Solentis lib. 7. Vitæ aliam fabulam longe ab his diversam recensuit, quam etiam recitavit Isacius. inquit enim Glaucum Pasiphaes filium fuisse, qui cum matrem insequeretur in dolium mellis cecidit, atque ibi suffocatus est. hunc ubi pater Minos quaereret, neque vspiam inueniret, accepit responsum hominem illius significaturum, & filium in vitæ tellurum, qui dixerat cui rei similis esset hoc tricolor Minos, qui in agro

tulorum, qui dixeret cui retinueris et ei dos tibi tota in manu, qui in agro pascebatur. Hunc Polydus illi fructum similem esse dixit, quem ferret rubus, quare Minor illum, sic appellandi. & Chi filium indicare, ar Poly-

bus, quare Minos illum inquit apprehendi, & tibi nuntius mittere. at Polyidus ex arte diuinandi suffocatum esse inquit in dolio mellis. cum igitur mortuus inuentus fuisset Glaucus, Polyidus cum illo in domū quādam includitur, ut illum vitæ restitueret: qui cum serpentem ad cadaver properantem vidisset volens illum irritare ut ipse ab eo necaretur, forte serpentem interfecit: cum alius draco ad mortuum serpentem accedens herbam quandam attulit, qua tacta serpens ille revixit. Hanc ipsam herbam captam Polyidus Glaucō imposuit, & ita in vitam reuocauit. coegit postea Minos Polyidum artem quoniam vaticinandi Glaucū docere, antequam in patriam suam Ae-

alios Glaucus Carystius, qui duas coronas victor è Pythiis, Othone & Nemeis & Isthmiis reportavit, cui pater fuit Demylus & Glaucus marinus. Dico oriundus ut ait Pauli. in posterioribus Eliacis. at nunc ex his veritatem eliciamus. fuit Glaucus urinator peritissimus, quare aiunt hunc spectantibus Anthedonius è portu enatasse donec ex omnium prospectu sub aqua latens in locum longinquum pervenerit, unde à nemine amplius videri posset: ibi aliquot dies commoratus multis spectantibus ad certum diem natans in portum rediit, cum diceret se tandem sub undis degisse. Accedebat ad hoc miraculum quòd hyeme, cum nihil caperent piscatores, ad ciues suos quoscunque illi pisces poposcissent, continuo apportabat, quos ille multum ante in hunc usum reservauerat. Deinde captus à quadam bellua marina cum interisset memoriz proditum est illum gustata quadam herba Deum marinum esse factum. alii dixerunt Glaucum vitæ peritissimum se in mare precipitasse: alii ob amorem Palamonis, qui cum non amplius visus fuerit à bellua aliqua marina fortasse correptus creditus est in Deorum marinorum numerum recessisse. Verum quid habet admirabile hæc fabula cur à poetis sapientissimis hominibus celebraretur? aut quid hoc pertineat ad humanæ vitæ institutionem? Significare per hæc voluerunt antiqui nullam adeo depressam & sordidam esse hominum conditionem, quam non Dei voluntas extollere & illustrare facillime possit: cum nulla sit hominum conditio, quæ Deus respiciat sine probitate, cum is innocentiam & integritatem animi tantum, at non aliud quidquam respiciat. Hunc cum diuinandi artis peritum finxerint, demonstrabant nauigandi peritum hominem futuras tempestates multo ante prævidere. at nunc de Nereo dicamus.

De Nereo & Nereidibus.

Cap. VI.

**N**ereus vero fuit Ponti, siue Oceani & Tethyos filius creditus, ut his ait Hesiodus in Theogon.

30  
Nereus fatidicum, haud fallacem, semine Ponti  
Progenitum matris seniore: dictus & inde est  
Ille senex, quòd veridicus, blandusq; nec æqui  
Oblitus nouit semper decernere iusta.

Nam etiam Apollodorus lib. 1. bibliothecæ hos Ponti & non Tethyos, sed Terræ filios connumeravit, Phorcum, Thaumantem, Nereum, Eurybream, Ceto. illum igitur & veridicum & vatem esse crediderunt, cū Troianas etiā calamitates Paridis nuntiavit, ut ait Horatius lib. 1. Carminum in his;

40  
Pastor cum traheret per freta puppibus  
Idæis Helenam perfidus hospitam,  
Ingrato celeres obruit ocio  
Ventos, ut caneret fera  
Nereus fata: mala ducis aui domum  
Quam multo repetet Græcia milite,  
Coniurata tuas rumpere nuptias,

Et